

320
RÓPL.
90

é. n.

1528

lung. I.

290

Rece kiadása: App. 201

270-10.
Ad Berenissi, ac inuictissi. Ferdi-
nandum Boemie et Vngarie regem. Principē et In-
fantem Hispaniarum, Archiducē Austrie
Ducem Burgundie. Georgi Sibuti
medici; doct: Poete laic: Pa-
negyricus



Ab eundem Regem Exhortatio in Turcum

Am te diue cano Ferdnande o gentis Iberē
 Infans. Austriaco soboles de sanguine creta
 Cēsaris inuicti proles quoq; Marmiliani
 Postera Castille regis spes/omica. regnum
 Quiq; Boemorum florenti etate gubernas
 Hungaricq; simul. spatioſi et lictora ponti
 Tu Tymbrice mihi residens in vertice Apollo
 Parnasi. ser opem tu Calliope mea dulci
 Plectra moue tacu. res est que mille precatur
 Ora poetarum. mille atq; in carmine voces
 Austria cur rutilo nunc prorima gaudet Eoo
 Edidit inuictum nobis que Marmilianum
 Imperij rector. lati moderatoꝝ et orbis
 Qui extitit. et terror lacij per Gallica regna
 Qui tulit optatos felici Marte triumphos
 Inuisum Helueticis odium. qui sepe per altos
 Vellere candenti congeſſit prelia montes
 Hic Venetos et Pontificem suppressit Iulum
 Galloꝝ et regem. trax hū nam sedus imibant
 Imperium contra: regnumq; aduersus auicum
 Austriacasq; domos. sedes et contra paternas
 Omnem conatum fregit sed Cesar eorum
 Qui mediam italiam genio diuisit et armis
 Ex ollens aquilam victicia bella ferebat
 Ausus erat Cesar dubio se credere Marti
 Sēpius impuber pluuias perpeſſas et imbres
 Nunc eques atq; pedes duꝝos sufferre labores
 Se didicisse iunat. res est hec mira relatu
 Prelia primus intire quidem. postremus abire
 Cesareum pectus iaculis submittere et armis
 Imperium propter. sedes et propter auitas
 Et pacem propter. ipso viuentē per omnes

Inviolata annos stetit et tranquilla per omnes
 Romani heros regni. nam pacis et auctor
 Marmilianus erat: terror sed maximus hosti
 Cuique fuit. gelidi plebes hoc accola Rheni/
 Testatur. flammis conorto et crine Sicamber
 Mulcociens victus. testatur Slandria diues
 Germanusque omnis. totus diuisus ab orbe et
 Anglicus. auxilium vidit cum Cesaris olim
 Tornaco obsessio: Morini tunc quando subacti
 Henrico octavo: quando Normandia tota
 Anglorum cessit regi. Mortania quando
 Auxilio diu deuicta est Marmiliani
 Sed quid plura cano. iusto nisi Marte peregre/
 Bella. togam inductus: quando hora ceteri illi/
 Concessa est. crudeliter cum diuitem pauper
 Cuique dat accessunt: largas et porrigit aures
 Quis decor in tanto: que tanta in cesare virtus
 Eadem bellis: bellis hic vicit Vliem
 Cum Priamo Anchisen. et bellis Hectora vicit
 Et pietate Numam. Hippolitum quoque religionem
 Iustum Aristidem: veterem probitatibus Ancum
 Heroas varijs vicit virtutibus omnes
 Quos pulci iactant. fuit hec sed gratia maior
 Cum penitus diuam celsi numine prolem/
 Ediderat: nobis relinquens ipse Phillipum
 Castilie regem. medios qui sepe per hostes
 Ibat ouans secum: secum qui multa subegit
 Regna sibi. terras et felix auxit auitas
 Sed maior fortuna fuit. que largius vltro
 Addiderat regum titulos. fortuna potentem
 Hunc apud Hispanos fecit. quo non fuit vnquam/
 Dicitur. argento diues: rex diues et auxo

Et populo diues: multa ditissimus vixit
 Credo equidem exanimatum morte cadaver
 Celsa nisi sacros misisset ad ethera manes
 Viribus inuictis equasset Marmilianum
 Cui compar virtute omni. sed dicitur ipse
 Tantum prole sua. sub qua nunc militat orbis
 Christicole gentis. Charolus testatur ab illo/
 Progenitus. nunc Romanum cui obtemperat omne
 Imperium. qui plus septem quam regna gubernat
 Sic Charolus multorum hominum princeps: comes atque
 Cepit ab occasu dominari solis ad ortum
 Cum tellure sibi immensum subiecit et equos
 Atque homines prius ignotos: ignotaque regna
 Post mare quesita. et post vltima climata mundi
 Magnus Alexander totum possederat orbem
 Quippe rudem atque incultum olim. sic Cesar Julius/
 Mundi est maiorem conatus subdere partem
 Romano imperio: extremis Arthurus et Anglis
 Regnum auxit: fortem contra meditatus Iulum
 Bella: atque Albanos contra. qui prelia reges/
 Gessit ouans. spolijs diues post equos: a Tyle
 Post etiam egelidum (quo tellus clauditur) equos
 Orchides. et post desertas ubi non manet atra
 Perpetue eclipses. duo magna ubi lumina nunquam
 Effundunt radios. ubi celo iungitur equos
 Illic Arthurus miris conatibus itum est
 Quid nunc Hannibalem: latius qui obuerterat omne.
 Et prosper bellum gelidos exivit ad Alpes
 Heroasque alios memorem. spes vnica Cesar
 En Charollus regis quondam relicta Philippi
 Omnes diuicis equavit: robore et armis
 Hunc fortuna fouet: tellus hunc sidera et equos

Hunc dicit omnes: omnis toto que vixit in orbe
 Gens pauet, imperium illius gens horret et arma
 Testis adest rex Gallorum qui nuper ab ipso
 Cesare vicus erat: longo quoque tempore captus
 Qui iouis aligero exposuit tria lilia, qui se
 Subdiderat Charolo totum, hanc voluit deus ipsa
 Marmiliano vindictam in sanguine cerni
 Verum est, nos vlla nūqs spe fallimur, hec stirps
 A summo prelecta deo est, operatur in ipsa
 Pneumatis e celo descendens gratia sancti
 Huic se custodem generi elargitur, et ipsum
 Sincero inflammans animo, nam nil fuit vnquam
 A Charolo gestum, quod non virtute, quod omni
 Non pollet splendore satis, nam infantia quamuis/
 Illius excusat magnorum gesta virorum
 Attamen ille animum/mentemque implebit auxilium
 Auxiliante deo, fama est, quod non nisi raro
 Hic faciles thiasos et mundi gaudia querit
 Delicias raras, nec ventrem pascit onustum
 Regales epulas inter sapientia que sit /
 Ille erimatur, vix est que preterit hora
 In qua de summis agitur non mentis rebus
 Par quibus imperio, crescat, vel bella abigantur
 Marte sub aduerso, innocuo pro sanguine Cesar
 Sollicitus militum, nunquam nisi ad arma coactus
 Se parat, effusi velox tunc sanguinis vltor
 Hoc natura sagax: probitas hoc ipsa fatetur
 Hoc ratio mandat, vim vi nam pellere fas est
 Hoc veteres fecere viri, testante Abrahamo
 Qui quondam Assirios victricia bella per agros
 Durerat/et sanctum petulanti Loth Sodomitice
 E manibus rapuit, iusto sic Marte Goliath

Ecce David vicit, quo non est sanctior alter
 Ille Palestinos: ille et vicit Moabitas
 Justus Journeas Machabeus venit in oras
 Noque illo pariter certamine vicerat hostes
 Cur igitur bellum Charolus iustissimus arceat
 Dum sibi dumque suo insurgit gens impia regno
 Hoc natura iubet: lex hoc et iura fatentur
 Si secus hinc tutus vix hospes ab hospite viuet
 Hinc periet regnum, verse reddentur et vrbes
 Oppida dent spoliū viduas et rura gemantes
 Vlla nec in toto duret respublica mundo
 Illa videns Cesar ratus est vt singula bello
 Felici expediat, tali quia numine natus
 Totus et immensus deponit vt seruiat orbis
 Imperij sceptro: nostre quoque religioni
 Crescat honor, summi noscat gens sceptra tonantis,
 Christicola, illius toto nunc gloria mundo
 Per Charolum firmata/fides atque vnio preesto est:
 Hoc ita sancitum est, germanum sic deus vnū
 Huic dedit equali secum qui sorte gubernat
 Christicolam plebem, et regnum defendit auxilium
 Illa duo o quantum mundi iam lumina possunt
 Pignora ab inuicto viuentia Marmiliano
 Et regis quondam proles dilecta Philippi
 Quicquid enim hucusque est gestum: sub cesare, (scim?)
 Fortunam arrisisse sibi, fortuna per omnes
 Nam casus comitatur eum, sic gratia diuum
 Desit haud vnquam, felix it Cesar in hostes
 Rex iterum effracto Gallorum federe testis
 Qui dedit infandas cedes, atque effera bella
 Inuicto Charolo, insidijs quem illudit et astit
 Sicut animum atque patrem illius, qui protinus vltor

Separat ad bellum vir hic dum liber abisset
 Immemor addicte fidei: voti inmemor. atq;
 Iurifurandi oblitus quod fecerat ipse
 Mor veneros: mor Helueticis: mor Pontificemq;
 Poscit in auxilium. congesto federe. quo nam/
 Ire modo possit. quo se vlcisci quoq; captum
 Quid piscum memorem Lucii cognomine Sillam.
 Insignem impietate virum. sed quid Damasippū
 Et Cūm Marium. illo:um truculentia nome/
 Cognita et expōsita est: omni nunc posteritati
 O qualis pietas iterum de sanguine venit
 Austriaco: qualis venit clementia. que nunc/
 Undiq; cantata ē: totum et laudata per orbem
 A Carolo: nusq; audicūm est: q̄s a Marmiliano
 Qui captos olim simili pietate remisit
 Hostes. atq; ipsum contra ne deinde redirent
 Iusserat. et tanto indulxit pro crimine lesus
 Hoc verumq; pari potis est conamine Cesar
 Namq; rigorosus solet esse: piissimus atq;
 Semper aui: m referens: ipsū quoq; viribus equans.
 Atq; animo: ingenio Carolus non degener illi
 Huic tu forte par es. Ferdnarde o nra: ima regum/
 Gloria. delictum etatis laudabile nostre
 Vnica laus: et venturi expectatio seclī
 O q̄s magnus eris. si in tanto adoleueris astu
 Et natia tuos prudentia rererit annos
 Qua polles plenus: maior sapientia postiq;
 Virtute adiuncta est: quando n: aturior: etas
 Omnia adaugebit. fuerant que in Cesare quondam.
 Queq; tuo virtus laudata in patre Philippo est
 Et tandem in Carolum inrepsit. postremo sed in te
 Perpetuas fixit sedes. hoc ipse Decmus

Rex Ferdnarde tuis cunctis testatur in horis
 Nuper enim Hungaris occisi post funera regis
 Tristia. crudellem timuit dum singula Turcum
 Plebes: et regnorum expanit dum forte ruinam
 Terrarum et eisdem. fortis tunc ipse Boemus
 Te in regem elegit. potuit consulcius vnq;
 Haud rebus statuisse suis. diuinitus illi est/
 Namq; inspiratum. venit sapientia summo/
 E celo e' argita illi. quamuis prius omnes/
 In te virtutes elapsis hauserat annis
 Nota etenim totum fama est cantata per orbem
 Te infantem a cunis: lo cuplerem moribus. atq;
 Ingenuo insignem. laudate indaginis et spem
 Contuerere adeo vnamines. et te quoq; regem/
 Egerere omnes. fama te velotius euro
 Implens ora virū. populatim riuor: in vabes
 Spargitur: erulcat quibus cum diuice pauper
 Atq; egre expectat. seruet nam quisq; videre
 Te sobolem Austriacæ rer inuictissime sedis
 Cesarea de pro: gene te clamitat omnis/
 Nam populus regem: diuo de Marmiliano
 Qui penitus totum quondam perterritus orbem
 Atq; iterum vera regis de stirpe Philippi
 Enumerat prolem: induperatoris quoq; fratrem
 Dilectum Charoli. gaudet gens stemmata Ibere
 Matris. que sit lucem ediderat te maxime regum
 Sic omnes de te populi Ferdnarde loquuntur
 Atq; cūū genus extollunt. et te venientem
 In regnum ercipiunt. gaudent vidiisse decorem
 Et regni specimen. generatim murmura crescunt
 Dulcia per populos: et per vicos: per et vices
 Ecce diem leti modulantur plausibus omnes

Hic ubi commentum est: signa et sunt obuia signis
 Atq; pares aquile celo luctantur eodem
 Exemplo auditur multo tuba plurima flatu
 Que regem preibat: circū quem clango: ad astra/
 Nempe ferebatur. sonitus ferit ethera magnus
 Pars armis fulget. pulchro pars altera amictu
 Collum onusta auro: et gemmis perfusa minutis
 Alcer in aspectu alterius profusus heret
 Miraturq; sibi similem. sed regia plusq;
 Dona alijs effert. coram quo protinus omnis
 Profilit e sella. et veneratur poplite flexo
 Illius aduersum. illius quoq; coniugis omnes/
 Grato animo excipiunt. et mox insignia regni/
 Conco: des donant. et te pro rege salutant
 Post paulum inq; Pragam ducunt. diademata sibi/
 Pisci: tue imponunt. et talia protinus omnes/
 Verba tibi dicunt. o rex nunc aspice liber
 Liber: gens: libertatis non immemor. illa
 Dona tibi leco largitur regia vulca
 Expectatus ades. omnis nunc ipse Boemus
 Sub te miliciam exercet si iusseris ibit
 In celum tecum. si vis in tartara tecum/
 Alma feret. tecum stigij descendet ad vrbas
 Infernum expugnare deum: si iusseris ibit
 Euentam belli expectans. mandaueris hora/
 Tu quacūq; velis: aderit liberrima plebes
 Que pro te oppetiet mortem: seu fusa per hostes
 Stabit: et illustri effundet pro sanguine corpus
 Gens inquit: stant multa hominū tunc millia circū
 Et multis collecta oris. que cuncta capeffunt
 Infiguntq; oculos regi qui protinus vltro

Hec fatir. dum gens regem me libera cernet
 Ipse ego liber ero. quondam liberimus atq;
 Cum mihi paruerit. post atq; obtemperat. omnes/
 Pro regno exponant vires: et viscera fundam
 Atq; dati fiam sceptri fidiſſimus aucto:
 Sub me effloreat regnum: atq; Boemia pacem.
 Est visura suam. fiet tunc vnio per me
 Hactenus in dubia steterat que pace co acta
 Multa alia effatur. rex huic et pccora plebi/
 Emulcet: suavi sic et sermone moratur/
 Quemlibet: ingenij magnas ostendere docet/
 Ut queat mentem multa pietate probatam
 Gaudet. post eciam probitas et regia vir us/
 Nota queant summi nanciſci culmen honoris.
 Hec ubi post omnis audiuit verba Boemus
 Exultat: gaudetq; sui vidiſſe decorem/
 Regni. mox eciam incepat noua gaudia. per que/
 Libertas animi: totoq; in corpore virtus
 Noſcatur regis. postq; insignitus ab illo est
 Te secum regina caput rediuita corolla
 Que eciam eos candenti fronte lapillos/
 Gessit: et aurato nitidum fert corpus amictu
 Turba puellaris circum quam vestibus astat/
 In tirijs. illam proceres comitantur euntem
 Vndiq; stipati. extructam mox itur in aulam
 Expediunt mensas. multa inter fercula tractant
 Non nisi summa dei quantum elargitio possit
 Effusa in regem: teneris qui dines ab armis
 Exiit. et lato fiet dominator in orbe
 Multa eciam inter se sincera mente volutant
 Vtilitas que per reges neglecta priores

Defuerat regno: magnam quo passa ruina
 Et nimis aduerso steterat respublica cursu
 Quanta illos inter proceres discordia creuit
 Quando hoc absq; aliquo regnum rectore manebat
 Quisq; sui dominus proprijs est viribus usus
 In ius alterius si quando exerceat alter
 Quando admissa nimis fuit indulgentia regis
 Defuncti in multos, sed nunc spe ducitur omnis
 Ferdnando electo, q; erit spes magna Boemis
 Omnibus et terris quas nunc rex ipse gubernat
 Nam parere sibi mandat, iunat ostendisse rigorem
 Hic ubi plus iusto diffusa licentia creuit
 Hoc decet: hoc fas est, vit; e multis erit vnus
 Qui secus audebit, tua nam prudentia plusq;
 Est satis in lucem virtutibus edita magnis
 Vir regnum ingressus, magnos pro pace labores
 Rex assumpsisti: laxis concordia frenis
 Tempore substiterat longo, contentio ibiq;
 Summates inter creuit, sine iudice quisq;
 Vixerat alter enim alterius conatus honorem
 Obuere, atq; audiam pauid sine federe mentem
 Terra Boemorum magnam tunc passa ruina est
 In multis, proceres inter se non coierunt
 Quid fuit nullus, vbes rectore solute
 Deperiere simul, modicos respublica fructus
 Senserat, inter se populus sine lege peribat
 Nulli tuta fides: nulli par certa, nec ipsum
 Jus potuit tutum esse satis, si quando dabatur
 Hec sed tu Ferdnande videns, mox eligis illos
 Qui regno prodesse queunt, qui viribus vi
 Ingenij, qui consilio promittere pacem
 Pacis a natores (quos pro te absente locasti)

Eligis, hos inter grandævum nampe Leonem
 Ille tui vicem gerit, et regni moderatur/
 Impetus, incensum obliquo sub corde fito: em
 Mitigat, heroum magnas componere lites
 Nouit, et optatam ex templo virescere pacem
 Per campos per rura docet per q; oppida et vbes
 Est igitur patrie pater a plerisq; vocatus
 Ut Cicero quondam romana dices in vbe
 Sunt mille antiqua secum de stirpe barones
 Militiaq; viri insignes, qui singula regni/
 Jura tui curant, ipsumq; in pace reponunt
 Cuilibet officium est, licet hoc non expedit vnus
 Sed vis conueniunt inter se protinus omnes
 In grauib; rebus, quas inter te quoq; miscis
 Dum presens aderis, tunc que sententia cuiq;
 Sit queris, nec vistandem incōsultus haberi
 Dum male concludunt, vel res tibi displicet vlla
 Iudicium effundis, casus quoq; corripis omnes
 Nulli differitur que iusta est causa petenti
 Per te Ferdnandum, exaudis nam quēlibet, et mox/
 Das illi auxilium, multa hic vt pace fruatur
 O rex hec virtus in te laudatur auita
 Namq; olim Cesar laudes has Maximilianis
 Emeruit, solus largas q; prestitit aures
 Omnibus, atq; in opem semper cum diuite multis
 Prefecit rebus, similem sibi credidit omnem/
 Esse hominē, toto quamuis tunc Cesar in orbe/
 Solus erat, fama est, q; nūq; respuit vllum
 Sine fuit lepra infectus: seu Gallicus illum/
 Corripuit morbus, no cum si ex ore venenum
 Effluxisset ei, nulla formidine Cesar
 Percitus ipse tamen, dedit aures cuiq; benignas

Hoc multa fecere duces qui sternitate clara
 Antiquū genus enumerant: testis Palatinus
 Marchio eciam quis, quos inter nunc Joachim?
 Affertur primam semper tenuisse decoram
 Sed quid forte duces iactō. rex maximus ille/
 Heinrichus regum (nostri nunc gloria seculi/
 Unica) qui verbi nunc est defensor / ouantis
 Ingens et fidei robur. magna pietate
 Priscam conatur defendere religionem
 Regali ingenio pugnant et viribus: atq;
 Prævalidis armis: largas hic prestitit aures
 Ecce mihi tocies quocies accessus ad ipsum
 Est datus: atq; vltro inuicium est me sepe moratus.
 Sunt tamen et multi quos nil nisi fastus obūbras
 Seq; deos credunt. largas quos depudet aures
 Poterit esse vltro miseris. sed pro chdolor illis
 Iudicis hū veri steterint quando ante tribunal
 O veinam clari guttam tunc sanguinis vnam
 Cerneret hec plebes priscum et nouisset Adamum
 A quo quibus homo perituro est editus orbi
 Hos contra Ferdnande facis. matina refutat/
 Hec virtus. laudem queris dūcarat auitam
 Quo pariter poteris summo placuisse tonanti
 Nunquid res magna est. primū diademata quando/
 Dix fronti imposuere tue. veletius in te/
 Omnia concessi vertere negotia regni
 Cum magnis miscent ingentia gaudia curis
 Vtrumq; acceptas. nulle desime tibi vires
 Gaudia nec spernis. duros sufferere labores/
 Nec piget. atq; animū (si vis) deflectis ad omne
 Milicie donum. res est notissima quando/

Salicet. in bibula eragitabas es: pro harena
 Hic vbi conuenere tui Ferdnande Boemi
 Insignes armis. validis et viribus omnes
 Magnanimi cum nobilibus venere barones
 Atq; duces multi. vires ostendere quēq;
 Cum medio in circo ferali contigit hasta
 Hos inter Rex primus eras. quam tibi tibi rol ur/
 Non satis exactum: inuenilis prestitit etas
 Te tamen extollis: mentemq; incendis auitam
 Atq; virū o sientas medicis inter cataphrattos
 Conipedem et vtraq; agitas dum parte fero com
 Inq; gyrum flectis veloci deniq; cursu
 Et salu impellis celeri. laudatus ab omni/
 Sis populo astanti. virtus hec maxima poscē
 Nam bene conueniunt vnaq; in sede morantur
 Matesas animiq; vigor. prudentia si qua/
 Hīs iuncta est. poterit prestantius vnaquam/
 In rege esse nihil. sunt hec in te omnia presto
 Atq; omnis virtus. in te sunt munita vite
 Expectata eciam: celi te numina largo/
 Implent afflatu. sic tecum gratia ditum/
 Semper erit: quocūq; ibis. seu prelia tentes
 Seu pacem inceptas. aderit tibi maximus orbis/
 Totius rector: ceptus qui diriget omnes/
 Ille tuos. O felici sub sidere nate
 Aspice q; a hilari te tota Boemia vultu
 In regem elegit. populosa Moravia quantis/
 Plausibus excepit. quantis et Slesia diues/
 Obsequijs. sūptus in te conferre profusos

Nam plebs nulla verat, si quando sumptis arma
 Rex arma admittit, bellum nec iura recusat
 Quare age pro regno pugnas, et sedulus in ista
 Ne veteres perdis titulos et iura parentum
 Jam multis defensa annis, et conscius esto
 Promisse fidei, poteris nam expellere regno
 Hungarie resides Thucos et vincere quæq;
 Inuisit ingressum, hunc eciam diademata regni
 Qui male sortitur, qui se quoq; dicere regem/
 Est vericus nūq; regali a sede repelle
 Et tibi pone arces, et fortia castra locato
 In quibus esse potes et tandem vivere tutus
 A Thucos immunis, quem mori incessere bellis/
 Incipit, namq; aderit summi tibi rector olimpi
 Atq; omnes celi indigetes, celluris et omnes/
 Tunc aderunt reges, Carolus vexillifer ille
 Cum Jovis aligero præbit geminum caput ipse
 Aliger ostendet, unum quod verat in orbem
 Eorum a dextra, occiduum caput aq; sinistra
 Unum effert versus, totum prospectat ex orbem
 Ac si iura sui imperij sibi subdere possint/
 Totum orbem, utrisq; hec extensis unguibus ales
 Amplicet poterit, natis et defendere adunco
 Hec ales Thucum infestet, dehinc cetera regū/
 Non sine divino venient insignia culas
 Occidui multo venient cum milite reges
 Atq; equites rigidi, septem quicūq; trionem/
 Egressi ad bellum, venient insignibus armis/
 Ille Britanno: um gelidos tibi mittet hibernos/
 Rex, vetus et Neptunigeros Albania mittet
 Ipsa viros: post oceanum tibi Dacus ad arma
 Expediet populum, fortis Sauromata post hæc

Vicina regna habitans equorū versus glaciale
 Indomita n̄ gentem valido sed robore mittet
 Ecesam collectam antris tibi plurima plebes
 Et multis aderat regnis, que conscia christi
 Acta colit fidei nostre, que nomen adorat
 Tunc esto Ferdnande memor, que gloria: que laus
 A summo expectanda deo est, poteris quia iuste
 Ludnici vlcisci crudelia funera regis
 Qui mortem oppetit nostra pro religione
 Proq; fide Christi immaturos eruit annos
 Abstulit hunc nobis infanda cede tyrannus
 Quo toto nūq; vixit crudelior orbe
 Crura bouum Saulus Jordanis fregit ad undas
 Et furit in Jonathan piscosatus et Gedeone/
 Fraterno insectum damnavit sanguine corpus
 Diruit hic urbem, templum consumpsit in igne
 Atq; strue incensa liberos eum matribus vssis
 Millia duræ Ecellinus bissera cruore
 Sanguineo exhausit, tortore hic senior omni
 Castravit pueros: stupro exposuitq; puellas
 Castis abscidit mammas: erravit ab aluo,
 Fetum, atq; videntem ersectū proiecit in ignem
 Quadrupedem humana Diomedes carne refecit
 Credidit hoc esu nutriri posse ferocem
 Sic animum: Martiq; citum prestare furorem
 Hospitio exceptos infanda morte perem/
 Olim Busiris, Phalaris sed corpora tauro/
 Erato inclusit, medios inter cruciatus
 Et media in flamma horrendum mugire coegit
 Cambyses sacrum Egypti violavit, et Apim
 Atq; duas vno occidit cum fratre sorores
 Omnia crediderim hec crudelem, impleffe Neronem

Qui patriam incendit, turpi quoque morte penates/
 Omnes affligit, qui plurima templa deorum
 Atque deos atrox volucri consumpsit in igne
 Herode inferior, paulum qui numen ab arce/
 Celsit missum stricto quesivit in ense
 Dum ferit infantes iugulo, dum per Galileam
 Atque Palestinam puerorum corpora quondam/
 Ille cruentato fertur transisse madore
 Et celi quesuisse deum, tardare salutem/
 Possit ut humanam, servare et tartara vinculis
 Clausa suis, nunquam fuit inclemencia maior
 Cum maris et terre et recto iam perdere celi
 Cuncta haec et maiora etiam nequissimus egit/
 Turcus, cui scelus omne equum est: cui crimen et omnia
 Nativum vicium, infantes hic traxit ab alio
 Execuit testes, oclusum fregit et hymen
 Vbera praescidit, serus corripit utrosque
 Tormenti omne genus humana in carne probavit
 Atque i rectorum turpe est haec atus olim pro
 Inque omnes divos, potuisset rumpere celum
 Credo attentasset, erudi insatiata tyranni/
 Impietas mansit, postquam sed morte peremit/
 Infontem Hungariae populum, mox vertit ab illo
 Inque fugam versus proprias festinat ad edes
 O vitam tantum mansisset temporis ille
 Crudelis nequam, donec fortuna dedisset/
 Me sibi pro medico, potuisset inducere febres/
 Quartanas, siccas oblongo in gutture fauces
 Reddere et cresco sanio sanam in corpore tabem
 Assiduam tussim, nulla que nocte quietem/
 Admittit, erudi potuisset tormita ventris/
 Aut vermes, aut lumbricos Parisatidis olim

Indurisse sibi, leni ne morte periret
 Magnorumque canum rabiem quos Anglia gignit
 Merorem assiduam: mentisque inferr stuporem
 Inque aures sibilum, gelidamque in fronte lethargum/
 Condere, et obscurum nutrire caligine visum
 De solem a luna vix hic discernere possit
 Me vetus hanc docuit quondam Podalirius arte
 Esculapiusque senex, nulloque errore Machaon
 Me multum a docto manini didicisse Melampo
 A Coe Hippocrate, a puero quoque multa Galeno
 Sed quum sit proprias terrore impulsus ad oras
 Non possum quicquam nisi voto iniungere penas
 Quare age summe pater imo exponatur abisso
 Sentiat et penas illi quas deprecor ipse
 Ut cubitum inferior lateat plus milia centum
 Damnatis animis, cecum quas clausit avariis,
 Seu terram subter tantum: quantum Ludovicus
 Hungariae rex est celi exaltatus in arcem
 Et supra in degetes, hic et quot gaudia sentis
 Tot tormenta ille inferno experiat in igne
 Atque sui secum, nostre tot millia gentis
 Qui occidere, illis tantum quoque deprecor ipsa
 Qui resides vivunt, quantum olim gloria genti
 Peligne vates dirum dum scuit in Ibin
 Atque ipsum ex cruciat quondam per quem fuit exul
 Tu enim interea rex o Ferdnande memento
 Ut mox bella pares, poscunt nam tempus et hora
 Jam Capitolinam Caesar sibi subdidit arcem
 Celsa celebrare possedit mentis Rome
 Et iam per tybrim mediam qui dividit urbem
 Stravit iter: veteres aras, et templa deorum
 Invisit cesar, qui tecta superba Hieronis

Pompei, et sades victricibus occupat armis
 Itala gens et tota tremit iam Roma potentem/
 Ecce tuum fratrem cui tu fidissimus omni/
 Aestas auxilio. hic in te spem collocat omnem
 Cuius spes vera es, negat hoc non Itala tellus
 Que Ferdnande cui nuper languerat in armis
 Sedisragus multo venit dum milite Gallus
 Neq; vires varia precinerat obsidione
 Mor huic obstiteras congesto milite, donec
 Sic Iouis aligeri fuerat proiectus in unques
 Gesta tuis hec sunt consilio tunc maxime regunt
 Sed maiora olim poterts cum Cesare, namq;
 Vos libies populus fortes cognoscat in armis
 Vos sinus Europe cunctis venerabitur horis
 Assirie celebrent gentes, Indi q; arabes q;
 Militet et coevis vestro turamine mundus



